



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 105. Judicii acta adversus Eugenium a Basileensibus continuata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

*Judicii acta adversus Eugenium a  
Basileensibus continuata.*

Itaque Caroli VII. Oratores Basileam ab- *Acta Patrit.*  
ierunt, rogantes, ut Concilii Patres *to. 13. Conc.*  
sanctionem Pragmaticam Synodica au- *p. 1556.*  
toritate firmarent, necnon judicium  
contra Eugenium abrumperent. Præ-  
terea eosdem certos esse jubebant, ipsum  
Regem pacem Papam inter & Patres to-  
to studio procuraturum. Ast Synodus  
omnis moræ impatiens, judicii acta con-  
tra Papam prosequi statuit, declaravitque  
in quadam Congregatione Generali Men-  
se Augusto habita, quod omnes, qui vel  
ad Eugenium vel Ferrariam sub specie  
Synodi

canam approbasse, ac recepisse Concilium Basi-  
leense! Nugæ hæc sunt, & imposturæ. Absit a  
puritate, & dignitate Ecclesiæ Christianissimæ  
tanta calumnia! Si quid ejus illa recepit, non  
ut ab ejus auctoritate obligatoria recepit, sed  
velut a proponente, quæ utilia, & conducibilia  
existimabat, ita ut libitum esset, quæ vellet re-  
cipere, quæ nollet rejicere, uti & fecit tam hæc  
in re, quam nonnullis aliis auctoritate Regiæ,  
ac propria. Ita ille in sua hist. ad hunc an-  
num num. 22.

Sæcul. XV. Synodi accederent, vel sese quoquo modo Basileensi Concilio opponerent, poenas in Synodo latas ipso facto incurfuros.

## §. CVI.

*Conventus primus Norimbergæ a Principibus Germaniæ celebratus.*

Germaniæ Principes, literis Eugenii ad se datis permoti, apud Norimbergam, urbem superiori, & inferiori Germaniæ conterminam, conveniunt, tum ut res Imperii, suorumque statuum tractarent, tum etiam ut de illa, quæ inter Eugenium Papam, & Basileenses vigeat discordia tandem tollenda, ac restauranda pace deliberarent. Intererant quoque Basileensium Oratores, quibus Imperatoris, atque Principum legati exponerent, se illis pacis Papam inter, & Synodum conciliandæ arbitrium relinquere. Id muneris Basileenses omnino recusabant, quo facto iidem aliquo post tempore iudicii acta contra Eugenium restaurabant, & quamvis non modo Principum Legati, sed etiam Hispaniæ, Navarræ & Mediolanensis ditionis Prælati vehementer oblucentur, nihilominus in quadam Congregatione die decima sexta Octobris celebrata decernebant, Eugenio Papæ, ut accusationibus contra se prolatis responderet, diem esse dicendam.

§. CVII.